

63.

1167—1185.

Konung Knuts försvarelse-bref för Munkarne i Wiby och stadfästelse på deras erhållna gods.

A. 3. h. 1: 2.

KANUTUS dei gratia sweorum rex atque gothorum omnibus amicis suis salutem. Cum omnium utilitati regia deceat providere prudentia maxime religiosorum quietem audissima debet protectione munire. qui sibi et mundo mortui. solique deo uiuentes. regi regnoque regem regum assiduis orationibus propiciare student; Cuius rei consideratione ammoniti monachos in loco qui uocatur wigbui deo deuote seruiantes. et omnia ad ipsos attinentia. sub alis protectionis nostre colligimus. decernentes ut si quis eos temerario ausu iniuste angariare presumpserit. regie seueritatis ultione multetur. Si quis autem meliori studio eos in quibus indiguerint misericorditer iuuerit. regie mansuetudinis gratiam se promeruisse letetur; Est autem hec prefatorum fratrum possessio quam ne alicuius iniusta calumpnia subtrahi uel minui possit. sigilli nostri munuimus testimonio. predium quod uocatur wigbui a deo dicata muliere nomine doter eiusque filio nomine geri prefatorum fratrum usibus perpetualiter collatum. cum omnibus appendicijs suis. triumque preterea marcarum census in his locis annuatim colligendus. in uilla scutle marca et decem solidi. in uilla echam. XIII. soljdi. in uilla hoa. II. solidi. et in inferiori hoa quarta pars solidi; In uilla waldbuj. VI. solidi; in uilla dalbui. III. solidi. in uilla solastam. VIII. soljdi. in uilla molestam. VI. solidi. Summa trium marcharum annuus redditus a prefatis fratribus perpetuo possidendus. Quartam marcam annuatim recipere debent in uilla que uocatur famsacre. uiuente dumtaxat prenominata femina. Preterea dederunt predictis monachis alij; fideles pro salute animarum suarum stephanus archiepiscopus unam marcam annui redditus. Sweno frater eschilli dimidiam horam in ursturster. Ragenfrid filia ricwid. III. solidos in briste & quartam partem solidi. et alios. III. solidos uendidit eis in wedlum. Clemens et Igul dederunt dimidium solidum in spangum. Ingeberch uendidit eis solidum & dimidium in grenbuj. et tres solidos in bildebui; Preterea habent solidum in loustum. & solidum & dimidium in hagbui. Botilt comitissa dedit eis dimidiam horam in lene.

Hec et omnia que sepedicti fratres data uel empta possident cum sigilli nostri testimonio regie protectionis ut prefati sumus munimus tutamine.

Sigillet, i gult wax, hängande på hvita fint tvinnade trådar, se-Tab. 2. n:o 2.